



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Synopsis Magnalium Divi Josephi**

**Ignatius <a Sancto Francisco>**

**Leodii, 1684**

Facvltas Reverendissimi Patris Generalis Totius Ordinis Carmelitarum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38500**

FACULTAS  
REVERENDISSIMI PATRIS GENERALIS  
TOTIUS ORDINIS CARMELITARUM.

FR. ANGELVS MONSIGNANVS, *Sacrae Theologiae Magister, & Fratrum Ordinis Beatissima Dei Genitricis semperq; Virginis Mariae de Monte Carmelo humilis Prior Generalis.*

Dilecto Nobis in Christo Fratri, Reverendo Patri IGNATIO à S. FRANCISCO Ordinis nostri Sacerdoti Professo, & Sanctimonialium Conventus nostri Huiensis Confessario Salutem. Quia Nobis innotuit te elucubrasse, & ad prælum paratâ habere *Synopsim Magnalium Divi Iosephi in tres Partes: in quarum primâ consideratur & proponitur D. Iosephus ut Filius Davidis Regis: In secundâ, ut Pater IESV Filii Dei Patris: In tertiâ, ut omnium in in vitâ & morte Proto-patronus, &c.* Quam tum exteri, tum Domestici dignam arbitrantur ut lucem videat: Nosque percupimus ut istius Sancti (cujus Devotio in Ordine nostro ab antiquo crevit & in dies coalescit) Magnalia ubique publicentur. Tibi cum obedientiæ merito permittimus, ut istam Synopsim mediantibus typis lucem videre facias, si etiam aliorum consensus ad quos de jure spectat accedat. Datum Romæ in Conventu S. Mariæ Transpontinæ die 26. Decembris 1682.

FR. ANGELVS MONSIGNANVS  
*Generalis Carmelitarum.*

Locus (†) Sigilli.

FR. ANTONIUS MARIA TUSCHI *Provincialis Scotiae,*  
*Secretarius Ordinis.*

APPRO-